



**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et  
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris  
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.  
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

**Delvaux, André**

**Coloniæ Agrippinæ, 1686**

4. Quomodo jus patron. transferatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

## §. III.

In quo differat jus patronatus Ecclesiastico cum à laico.

1. Patronus Ecclesiasticus habet semestre; laicus quadrimestre.
2. Quod currit à die noctis vacationis.
3. Pans patroni, non presentantur aliquem intra dictum tempus.
4. Ecclesiasticus variare non potest; in presentando laicus potest.
5. Legatus summus Pont. beneficia iuris patronatus Ecclesie conferre potest; laici non potest.

Præter dissimilem, quod ex definitionibus colligitur, differunt in his. Primum, quod patronus Ecclesiasticus habeat tempus semestre, id est, sex mensium ad præsentandum; laicus quadrimestre dumtaxat, e. Eamte 22. c. Cum propter 27. & alia b. tit. e. unico eod. in 6. Quando autem simul sunt patroni Ecclesiastici & laici, omnes ratione communionis habent semestre, Glos. in d.c. unico §. verum. Garz. 5.p.c. 9.n. 28. & dubius seqq. nec intra hoc tempus potest intelligi negligentia patroni, d.o. unico. Et id est intra quadrimestre, concessum laico, collatio beneficii ei vacantis est nulla, sive facta sit ab Ordinario, vel eius Vicario, e. Quod autem §. in fine hoc tit. sive à Papa, via ordinaria, d. c. unico: ita ut nec patrone, nec ei, qui ex præsentatione patroni institutionem obtinuit, præjudicet.

2. Currat verò hoc tempus, non à die, quo va-  
cat beneficium, ut olim observatum fuit in Ro-  
ta, Rota, Decis. 1. alias 38. in antiquo sed hodie à die  
notitiae, quia in nulla materia, quantumvis levius,  
tempus currit ignorantis, l. 1. Cod. qui admitti ad  
bona poss possunt, latè Riccius in Praxi Decis 172.  
notitiae, inquam, non interpretativè, sed verè  
vel præsumptiè determinandæ per judicem Ec-  
clesiasticum, consideratà qualitate beneficii,  
modo vocationis, longitudine temporis, distan-  
tialocorum & fama; nec scientia unius patro-  
norum nocet alteri, sed scienti tantum.

3. Quod si patronus intra tempus à die no-  
uitie sibi concessum non præsentaverit alii-  
quem, vel quia neglexerit, vel quia, si plures  
hot, inter eos sit lis de jure patronatus, statim,  
lupo eo tempore, pro illa vice devolvitur col-  
latio ad eum, ad quem spectat institutio, licet

is sit Episcopo inferior; ab exemptis vero ad Papam.

4. Secundum, Patronus Ecclesiasticus, si ali-  
quem idoneum præsentaverit, non potest intra  
idem tempus præsentare alium: quod si fecerit,  
nihilominus præferetur prior tempore, tāquam  
jure posterior, e. Cum autem 24. b. tit. Et hinc sit,  
quod ei potius dentur sex menses ad præsentan-  
dum, quām laico, ut, cūm in illo gravetur, in hoc  
relevertur. Nam laicus, præsentato uno aut et-  
iam pluribus, potest adhuc idem quadrimestre  
alium vel alios præsentare, non quidem rece-  
deendo à prima præsentatione sine causa e. Pa-  
storialis 23. b. t. sed accumulando posteriorem  
priori, e. Quod autem §. & d.c. Cum autem 24. b.  
t. & quidem toties, quoties voluerit, juxta Glos.  
in Clement. Plures §. fin. in V. Præsentare hoc tit.  
Arque ex his Episcopus instituet, quem maxi-  
mum idoneum judicabit, vel, si omnes idoneos ju-  
dicet, quem voluerit, d. e. Quod autem.

5. Tertium, Legatus summi Pontificis benefi-  
cia iuris patronatus Ecclesiastici conferre po-  
test, absque consensu & præsentatione patroni  
Ecclesiastici, non etiam beneficia iuris patrona-  
tus laici, sine consensu patroni, Garz. 5.p. cap. 1. n.  
571. Ratio diversitatis est, quia patronus Eccle-  
siasticus subest jurisdictioni Legati, non autem  
patronus laicus, e. Cum dilectus 28. b. t. Hinc et-  
iam nequit conferre beneficia iuris patronatus  
mixti, sine patronorum consensu, ne ex societate  
præjudicetur laico, eaque ratione laici avocen-  
tur à fundatione & donatione Ecclesiærum Quæ-  
ratio cum cellet in beneficiis juris patronatus  
Ecclesiastici, ex privilegio sive speciali sive ge-  
nerali, vel præcognitione aut coniunctudine, idè  
Legatus illa conferre potest absque derogatione  
juris patronatus, etiam nulla ejus facta mentio-  
ne, Garz. d.c. 1. n. 573.

## §. IV.

Quomodo jus patronatus transferatur.

1. 2. Transfertur venditione, etiam in emptorem  
rei singularia.

3. Donatione.
4. Permutatione.
5. Successione.

Quatuor potissimum modis transfertur jus  
patronatus in tertium aliquem, vñditio-

Aaa 2. cc,

ne, donatione, permutatione, & jure hæreditatiæ successionis, sive ex testamento, sive intestato.

1. Venditione, non quidem per se, quia sic vendit nequit absque Simonia, e. *Quia Clerici 6. cap. de tute 16. b.t. Conc. Trid. Sess 15 cap 9 de reformat* sed cum universitate bonorum, veluti si villa aliqua vendatur, cui annexum sit jus patronatus, vel hæreditas, quæ juris intellectum habet, l. *Hæreditas 50. De hæred. petit.* etiam jus patronatus ad empṭorem transit, tamquam accessorium. Riccius *Decis. 179.* nisi nominatio in contractu exceptum fuerit, e. *Ex litteris 7. cap. Cum seculum 13. b.t. Garz. 5. p. c. 9. n. 11. & seqq.* modò tamen ejus intuitu majus premium non exigatur: nam sic quoque saperet Simonia.

2. Verius quoque est, transire hoc jus in emptorem rei particularis, veluti fundi, palatii, vel domus, cui accessoriè adhæret. Garz. d.c. 9. n. 33. & seqq. Item in emphyteutam, vel conductorem ad longum tempus, ratione dominii utilis, quod in emphyteutam & conductorem ejusmodi transit. Unde aliud obtinet in creditore universitatis oppignorata, e. *Cum Beroldus sup. De sent. & re iudicata.*

3. Titulo verò donationis vel legati ita transit, modò, si donetur vel legetur laico, adhuc vel ex intervallo consensu accedit Episcopi; qui non requiritur, si Ecclesia vel loco pio donetur, e. *Nullus 17. & ibi Glos. ac D.D. b.t. latè Pias. sec. in Praxi Epist. l. 2.e. 5. art. 1. n. 36.* Ratio diversitatis est, quod laici magis gravent Ecclesias, quam Clerici, can. *Laios. can. Laci 1. q. 7.* quodque Clerici, si excesserint terminos, facilius compesci possint, quam laici.

4. Titulo permutationis, modò cum alio spirituali permuteatur, juxta e. *Ad Questiones sup. de rer. permutatione.*

5. Denique titulo & jure successionis, can. *Considerandum XVI q. 7. e. Quoniam 3. b. t.* non tantum in hæredes consanguincos, sed etiam ex testamento in extraneos, sive masculos sive feminas, sive adulteros sive pupillos, id que mox adita hæreditate, etiam ante captam possessionem, Garz. d. cap. 9. n. 143. licet contrarium doceat Riccius *Decis. 162.* Et quidem in solidum, quia jus patronatus est individuum, e. 1. b. tit. quemadmodum jure civili successores, quæ idcirco ad hæredes in solidum

transiunt, l. 2. b. ex his igitur D. *De verb. obligat.* in stippes tamen, non in capita: ut si ex pluribus patrōnis unius defuncti plures sint hæredes, hi omnes in præsentando unam vocem habeant, ob personam defuncti, quem unum omnēs præsentant, Clement. 1. hoc t. Non tamen quilibet ab alio seorsim præsentare potest, sed omnes communiter: quamvis ut Ecclesia provideatur facilius, pacisci possint, ut alterius vicibus præsententur.

### §. V.

#### De Præsentatione.

1. *Præsentatio quid sit.*
2. *Patrono negligente ad ordinarium devolutum collatio.*
3. *Patronus seipsum præsentare non potest.*
4. *Tutor præsentat pro minore septem annis.*
5. *Quid juris sit, si plures sint patroni.*
6. *Nominatio Vicarii est quadam præsentatio.*

1. **P**raesentatio hoc loco est persona per patronum Episcopo, vel alteri, ad quem institutio pertinet, legitimè facta exhibito, uti de beneficio vacante provideat. Vacante enim Ecclesia, quæ sit juris patronatus, debet patronus intra tempus debitum præsentare Clericum, quem confidit idoneum ei, ad quem spectat institutio; eo tamen discrimine inter patronum laicum & Ecclesiasticum.

2. Nam laicus in idoneum nominans ac præsentans, jubeadus est intra idem tempus præsentare alium idoneum: alias, lapso eo termino & nulla idonei facta præsentatione, potestis, ad quem spectat institutio, beneficium liberè, id est, ab alijsque præsentatione, idoneo conferte. Si verò Clericus, vel Monasterium, vel Capitulum scienter aliquem inidoneum præsentaverint, ipso facto pro ea vice privatur jure præsentandi, & is, ad quem spectat institutio, potest liberè beneficium conferre, e. 2. sup. *De concess. præbenda.* Clement. unica, de supple. neglig. Pratas. Si ignoranter, non aliter intra semestre præsentare alium poterit, quam si prius præsentatus suam præsentationem repudiaverit.

3. Ceterum tametsi pater filium idoneum præsentare possit, quia quoad hæc non censetur in jure eadem persona cum patre, non potest tamen præsentare seipsum, cap. *Per nos trah.*